



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Capvt IIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

Michol.] Vide quæ dixi supra. I. Regum. 25.

Quid fecisti. In hypocrisi mentitur, Aliud enim cogitat. Talia sunt humana corda, ubi non est dei spiritus. Et insuper amicū se fingit coram Abner &c. Tales sunt illi actus elicitī sophistarū, dū per illud suum liberum arbitrium opera fingunt exterius bona, cæterū cor pessimis (quod interim nō uident) fuerit cupiditatibus. Nec deficiat.] Istæ erant maledictiones legis. Porro quod dicit, Tenēs fusum, significat sexū muliebrem, q. d. Nō det ei dominus semen uirile, ut intereat nomen eius, quemadmodū in psal. In generatione una deleatur nomen eius.

## CAPVT IIII.

**N**ihil uidet qui nō uidet, quid hic agat deus, nimirū hoc quod supra dictū est Saulis domū decrescere. Multa timere Dauidem oportuit, sed ecce caput regis ad eū fertur, qui residuus ex filijs Saul erat, & Mephiboseth filius Saul claudus & inutilis est. Perit iudicio dei rex, quia regnare uult contra uerbum domini, quod non potuit ignorare. Percunt & eodem iudicio duo duces exercitus eius, qui impio, quod ad ipsos attingebat, facto gratiam apud pium Dauidem mire uolunt. Rex occiditur deo uolente, & occisores tradit deus Dauidi iudicandos, quos nisi iudicasset Dauid

impicus & ipse fuisset. Regnum suum esse sciebat Dauid, sed nondū sperare potuit tranquillū, & sine bello ad se rediturū. Hic Dauide quiescente, deus omnia curat, ut non solum rex, sed & principes exercitus eius pereant Abner & hi duo. Sic & in regno Christi, dum non speramus, aduersarij Euangelij intereūt, ut Euangelium in electis possit regnare. & c.

Dissolutæ. Vides quod rex sperauerat in Abner. Qui in carne fiduciam collocant, pereunte carne non desperare non possunt, psal. Nolite confidere in principibus, & c. Sed & omnis Israël turbatur, qui tamen adhuc habet regem saluum, ut uideas nihil hominem fuisse regem, & Abnerem potius regem fuisse, id qd' supra diximus. Gethaim.] In Idumæa uidetur fuisse, ubi erat tūc colonia Berothitarū. Hoc aut scribitur, ut maius istorū proditorū scelus uideatur. primum qd' principes exercitus erant, quibus rex tutum putabat, nō solū se, sed & regnum suum. deinde, quod ex eadem tribu erant, ex qua domus Saul.

Erat.] Et hunc inutilem fuisse regno describitur, quem postea nutrit Dauid ex sua mensa propter iurandum cum Ionatha patre initū.

De Saul.] i. qd' Saul & Ionathas essent interēpti. Et ostiaria.] Heb. Et ingressi sunt domū laturi triticum. i. quasi panē ablaturi pro se & suis, quemadmodū fit. Et dedit dom.] Recte qd' ad uerba atis

net, sed hypocrisis est, non enim ita sentiunt, sed sua  
quarūt. Cui oportebat. ] .s. iudicio mūdi & carnis.

Innoxiiū. ] Nihil male merentē, sed bene meritū de  
suis occisoribus. Impij. ] Id est nihil deum ueriti.

In domo sua, super lectū suū, ubi omnia tuta putā  
tur, & nihil timetur, ne ab aduersarijs quidē. Signifi  
cat eos neq; deū neq; homines ueritos, & qcquid usq;  
est pietatis & fidelitatis contempisse. Durius ergo in  
eos animaduertit, ne sāguinis istius sit reus corā deo,  
quia iudex erat constitutus, & isti sua confessione ue  
niunt in manus eius, & ne quisquā aliūs simili scelere  
tentaret consequi gratiā regis. Laudātur & in ethni  
cis historys reges, qui similia fecerunt, sed non simili  
fide. Exemplū certe est regibus & magistratibus imi  
tandum, ut potius sese tutos cum suo regno uelint dei  
protectione, quā istis sceleratis factis, quæ etiā mun  
dus execratur.

## CAPVT V.

**A**m David scd'm uerbū domini regnat su  
per Israëlem, nō solū à deo, sed etiam ab  
ipso populo electus, id qd' deus curauit,  
ad quē dicitur in psal. Qui subdit ppl'm  
meū sub me. Et alibi, Da nobis auxiliū de tribulatio  
ne, q̄ uana salus ab homine. In deo faciemus uirtutē,  
& ipse ad nihilū deducet tribulantes nos. Sedē ergo  
sibi occupat in Hierusalē in arce Sion, expulso inde